



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Regula Sancti Patris Benedicti**

**Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>**

**Moguntiae, 1604**

XXIII. De excommunicatione culparum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64533)

lari scilicet & caputio, sicut in die super tunicellam, propter munditiam: quod habet quasi formam Cuculle, secundum Clementinam.

*De excommunicatione culparum.*

C A P. XXIII.

**S**I quis Frater contumax, aut inobediens, aut superbus, aut murmurans, vel in alio contrarius existens Sanctæ Regulæ, præceptis Seniorum suorum contemptor repertus fuerit, hic secundum Domini nostri præceptum admoneatur semel, & secundo secrete à Senioribus suis. Si non emendauerit, obiurgetur publicè coram omnibus. Si verò neque sic correxerit, si intelligit qualis pœna sit, excommunicationi subiaceat. Si autem improbus est, vindictæ corporali subdatur.

*Qualis debeat esse modus excommunicationis.*

C A P. XXIV.

**S**ecundum modum culpæ, excommunicationis, vel disciplinæ debet extendi mensura: qui culparum modus in Abbatis pendeat iudicio. Si quis tamen Frater in leuioribus culpis inuenitur, tantum à mensæ participatone priuetur. Priuati autem à mensæ consortio, ista erit ratio: vt in Oratorio Psalmum, aut Antiphonam non imponat, neq;